

fio stellarum est in dextra aquarii manu, de qua in hunc
 modū Aratus in Phænomenis. Οἷη τις τὸ λίγη χύ-
 σις ὕδατος ἄθα καὶ ἄθα Σκιδναμείον, idest
 qualis quædam parua fusio aquæ huc atq; illuc sparsa.
 Meminit etiam Higinius lib. 3. **HUIVS AV-
 TEM REI INDEX EST STELLA
 CANOPI.** Proclo Canobus dicitur in lib. de sphaera,
 ὁ δὲ ἐν ἄκρῳ τῷ πηδάλῳ τῆς ἀργούης κείμε-
 νος λαμπρὸς ἀστὴρ, κένωβος ὀνομαζέται,
 idest quæ stella in summo Argus nauis gubernaculo ful-
 get, Canobus nominatur. Canobum ait Possidonius in
 Græcia non videri, inde factum, vt eius Aratus non me-
 minerit. Vide Strabonem lib. 3. **DE MVNDI
 CIRCA TERRAM PERVOLITAN-
 TIA.** Idest versatione, circulatione. Alii legunt per-
 uolitantis vt referatur ad dictionem mūdi. **AD HV-
 MANÆ VITÆ RATIONEM CHAL-
 DÆORVM RATIOCINATIONI-
 BVS EST CONCEDENDVM.** De
 Chaldæis Cic. lib. 1. de Diuinatione, his verbis. Chal-
 dæi qui ex diuturna obseruatione syderū scientiam putan-
 tur effecisse, vt prædici posset quid cuiq; venturū, & quo
 quisq; fato natus esset. Aulus Gellius vulgum reprehendit,
 qui mathematicos dicit, quos Chaldæos gentilitio vo-
 cabulo dicere oportet. Vide eū lib. 1. cap. 9. & lib. 14.
 cap. 1. Suetonius tamen in Augusto, Iuuenalis, Cornelius
 Tacitus, Iulius Firmicus, etiam mathematicos appellant.
 August. lib. 4. confession planetarios vocat. Annotant
 Eustathius in primum librum Iliados Homeri horum cu-